PROTOCOLLUM.

Secundæ Instantiæ
ſub Rectoratu Rdo Clariſſi Excell: Consul
tiſſimiq Dn. D. Heinrici Heinij.

cœptum d. IIX. Novembris
Ao 1639.

Ao 1639. 8. Novemb: in ædib. Magn. Dn. Rectoris.

1. Magn. Dn. Rector coram Senatu Academico Decanatum in Facultate Juridica tradit Cl. Dn. D. Lidenio.
Inspectores Typographiæ eliguntur et constituuntur Dn D. Ludenius et Dn. M. Salomon Matthiæ.
Inspectores Stipendiariorum Dn. D. Andreas Virginius et Dn. M. Salom. Matthiæ.

2. Decretum ad imitationem Academiæ Upsaliensis sub Rectoratu Dn. L. Schomeri factum, ut qui ex Stipendiarijs sexennium usi sint regio beneficio, removeantur (sine tamen ignominia sua) proponente M. Dn. R. effectui dandum censetur, et concluditur; si qui tales adsint, præfigendum ipsis terminum spatij trimestris, intra quod loco cedant, et de alia sibi conditione prospiciant.

3. Ipsi Studiosi subscribant Lectionibus quas sint audituri: addita gravi adhortatione ad diligenter easdem frequentandas, nec non denunciatione mulctæ negligentibus irrogandæ.

4. Literæ conficiendæ decernuntur 1. ad Dn. Camerarium, quibus certior faciendus de transmissa á Quæstore pecunia (quamvis hic se plurimum de suo se misisse testetur) juxta tenorem Epistolæ ab ipso Quæstore cum pecunia huc allatæ. 2. Ad Dn. Quæstorem, quibus (1) agantur ipsi gratiæ pro pecunia procurata. (2) moneatur de transmittenda etiam pro sequ. mense Octobri in Studiosos distribuenda. (3) significetur ipsi; de reliquis Capitibus quæ in ipsis literis continentur, Senatum Academicum coram cum eo acturum.

d. 16. Novemb: in ædib. Magn. Dn. Rectoris
præsente Senatu Academico.

1. Magn. Dn. Rector causam dixit esse Convocationis hujus Extraditionem singulorum quæ solent asservari á Magn. Rectore.
Dn. D. Virginius ExRector Privilegia Academica, Constitutiones, Libellos, Protocolla etc ~~ju~~ prout in Inventario peculiari ea consignata sunt, Magn. Rectori Dn. D. Heinio tradit.
Acta Meniana, quia sunt mutila, et præterea quæ in illis continentur, in Protocollo maximam partem deleta, prorsus annihilanda decernuntur.
Rationes acceptarum pecuniarum et Acceptilationum s. Quitantiarum, itidem tradit D. D. Virg.

2. Magn. Dn. Rector petit Consilium Ven. Sen. Acad: quid faciendum de Insolentijs Studiosorum quorundam, de quibus frequentes ad se deferantur querelæ:
Concluditur: Pro ratione delicti citandos ejusmodi delinquentes vel ad solum Dn. Rectorem vel integrum Senatum, ut vel Incarcerationis vel Relegationis aut aliam pœnam subeant.

d. 12. Decemb: in aedib: Magn. Dn. Rectoris

Magn. Dn. Rector I. proponit, aliquoties sibi adfuisse Lambertum eiusq; uxorem, petijsseq; prorogari tempus locationis ad festum usq; Paschatos; rogat ut hac de re sententias aperant.

Dn. M. Salonius temere discedendum censet a decreto nuper facto sub Rectorate Dn. D. Virginij, ne inconstantiae arguatur Senatus Academicus.

Dn. Lic. Schomerus idem sentit ob causas tum allatas et ob periculum quod instet ruinae istarum aedium in quibus nunc est Typographia.

Dn. M. Schronius putat gratificandum Lamberto, ~~nisi metuendum~~ si typi possent transferri in aedes Academicas.

Dn. D. Beloris

Dn. D. Luderis

Magn. Dn. Rector vice Dn. D. Virginij, consentiunt sententiae superiori.

Conclusum: Non posse annuere ipsius petitis; sed denunciandum ei ut ad festum instantis Circumcisionis excedat: posse interim concedi usum cellarum s. cellae, ne quid detrimenti ex remotione solvius inde patiatur.

2. Proponit Querelam Joh. Legrini delatam et Jos. Schleather (et Jacob Kamnitz et Ericum Olai), qui jam non possit comparere ob nimium dolorem ex vulnere quod dextro brachio inflictum sit.

Vocantur Rei Legrius (Kamnitz et Er. Ol.) et Rudolphus Strauss Plenipotens Schleatheri;

Dn. Rudolphus Strauss excusat Schleatheri absentiam ex ingravescente dolore ortam; et ~~per~~ Libellum supplicem exhibet, in quo de illata sibi vi publica conqueritur ~~Schleather~~, petitq; justitiam sibi administrari, et Arresto detineri Reos, donec vel ipse restitutus valetudini coram Senatu Acad: actionem suam agat, seu per alium.

Ad petitionem ~~Actoris~~ ~~Accusat.~~ Accusatoris Schleatheri Joh. Legrium Caementarium et Ericum Olai decernitur, quod debeant hi Rei in Arresto manere sub poena Relegationis; et quidem nec domo exire, donec Schleather vel ipse vel per alium causam ulterius prosequutus. Omnes et et singuli Rei gladios Rectori statim tradant.

Juxta hoc Decretum statim eadem vespera missus est Famulus, qui gladios peteret: sed cum nihil impetrare posset praeter scommata;

M. D. Rector subsequente die ♃ 13. Decemb. rursum convocato Senatu de ~~hoc~~ est congressus, consiliumq; ide de re petijt.

Conclusum, ut mitteretur denuo pedellus, iterumq; ~~tertia~~ secunda vice; petitum dictos gladios sub poena Relegationis.

Die Veneris circa vesperam pedellus missus ad utrumq; tantum impetravit quam antea.

Die Sabbathi, hodie 15. Dec: ultima vice missus sub poena Relegationis ut traderent gladios ipsis indicavit.

Mater Legrij respondit, se statim missuram esse gladium.

Kamnitz non vocatus adfuit et obtulit gladium aeruginosum nullius momenti, quem ne infimae sortis miles gestaret, qui ipsi fuit restitutus a Rectore cum comminatione, impune tantum contemptum Rectoris et totius senatus non fore.

die 19. Decemb:

denuo praesente Sen. Acad. Magn. Dn. Rector repetit quae superius sunt consignata produxit praeterea literas hodie mane a Kemnitio oblatas, quas praelegunt.

Quaerit hinc, an consultius sit prius ~~comminari~~ Reos exquirere rationem contumaciae.

Affirmant singuli Dnn. Professores.

Vocatis in memoriam revocat Magn. Dn. Rector culpam violati Aresti et Contumaciam in tradendis gladijs etc.

Fatetur Kamnitz se fuisse contumacem, hätte wol mög gesagt haben, Er wolte sich ehr relegiren lassen, als den degen geben, weil Er ihn nicht gebraucht hätte, oder nichts begangen worden. Item Er wäre wol außgangen hätte sie Schloss müssen bringen.

Legrius negat se domo exijsse, Möchte aber wol gesagt haben, Er wäre ihm so hart angelegt, sub poena Relegationis nicht auszugehen; Wann Er wäre relegiret worden, dass er doch nicht hätte wollen, meinete Er damit aber so weit zu kommen, als mit einem testimonio, wann er ein gut gewissen hätte.

Negat esse alienum gladium a se oblatum, quod frater contra testetur.

Ericus Olai fatetur se habuisse gladium, et illum ipsum quidem, quem elapso die sabbathi Kemnitius attulerit Magn. Dn. Rectori: Cum tamen in proxima sessione dictus fuerit a Legrio habuisse modo baculum ~~(licet jam Legij~~

Vocatur Schlechterus ~~Accusator~~, et ut Querelam et Accusationem, quam nuper supplici libello intenderit, ipse coram proponat, jubetur.

3v

Schlechter peractis Ven. Sen. Academico gratijs petit ne forte qd in enarratione negotij omittatur aut erretur, ut Germanicè idipsum proferre liceat. Proponit igitur

als er hette wollen zu abend außgehen seines Stubengesellen zu suchen, habe ihm H. Balecij den geleit auß der thür gegeben, habe ihn gebetten er solte zu hause bleiben, Ich dürfte, ob stünde Lotichig selbst vor der Apotheken, habe auch gerufen: Die Jacobe seÿ ich da so kommet her. Darauff seÿ Kamnitz an zu gekommen, vnd gebetten er Schlechter solte mit ihm auf die Apotheken geh, hette er geantwortet, ja wann ich erst selbst wiederkommet. Interim seÿ Legius dazu kommen, habe gefragt diß sollen Wir [illegible] zu sprechen, [illegible] Schlechter als der nur die stimme hören, nicht aber recht sehen können, hernach habe Legius [illegible] [illegible] gerufen kommet hie. Und ~~seÿ~~ habe auf ihn zugehen, die andern auch mit herkommen, vnd seÿ er also [illegible] vermündet vnd biß zu H. Balecij hauß verfolget worden, da [illegible] ihm nachgehen zu die ~~Legij~~ haft er seÿ in [illegible] gekommen, vnd drüber zu nass kommen, daß Kamnitz mit Schlechtern geredet, [seÿ da Legius] habe er Schlechter gefragt, diß ~~Pe~~ Legius seÿ ich da, er antwortet er darauf jener [also kommet wegzugehen] hernach ausgegangen er du [illegible] ~~sonst~~ einal er, vnd auf ihn zugehen, ~~[illegible]~~ hernach habe H. Balecij zu unterschiedlich [illegible] nachdem ihn ins hauß gerufen, er immer zu rück gewichen, endlich da Schlechter gerufen Vestring, Lotich habe er gemeinet, sie möchten ihn überfallen, vnd seÿ darauff den Leder gezogen möchte hernach ihn nach oder [illegible] gehalten haben da seÿ er Schlechter in Balecij hauß gegangen. [illegible] daß er in die thür oder vor Balecij [illegible] gehauen habe. Die drey hiebe habe er gethan eben auf dem Kranstein der länge des [illegible] herab [illegible].

Item negat daß er seÿ gescholten worden [illegible], habe [illegible] so habe [illegible] nicht gehöret.

Kamnitius refert, er seÿ umb 6. des abends auf Legij bitte mit ihm zu [illegible] gang, da sie getrunken, vnd [illegible] das mit ihr [illegible] gehabt vnd ihr für einen [illegible] gescholten, weil er aber gemeinet sie möchten [illegible] anfah

[margin: ler brüchlägs, thür vnd H. Balecij fenster fast gar troffen.]

[margin: kommet mit die Apotheken]

[margin: drey]

[margin: ihn auch außgefordert]

14

seÿ er eingegang, Legij nachgefolget, da aber seÿ Schlechtern begegnet mit den [illegible] auf den [illegible], welches er gebetten, er wolte mit ihm zu die Apotheke gehen, doch auch darauf hingangen anzuklopfen. Zuvor aber habe er hinein wol gehöret, daß Schlechter Legium gescholten ut supra dictum ~~Inmittelst~~ aber habe Schlechter Ericum gerufen, vnd seÿ dar auff [illegible] seines eingegang, Ericus seÿ [illegible] gewesen in ipso conflictu, als aber H. Kamnitz wieder zurück gekommen, seÿ Legius vor der thür gewesen vnd Ericus mit ihm Schlechter aber seÿ bereit hinein gegangen. Weil er selbst Ericus zum besten [illegible] vnd sagen werde

Nota. Addit non habuisse Ericum baculum, sed solum gladium.

~~Item~~ ~~Saget~~ ~~seÿ~~ ~~beyde~~ für H. Balecij thür gewesen.

Ericus 1. dicit se cum Kamnitio simul abijsse.

2. Audijsse ~~[illegible]~~ Schlechters invitatum à Kamn. ~~[illegible]~~ in Pharmacopolium.

3. audisse convitia Schlechteri in Legium vor der Apotheken, coram [illegible]

Nota. Legij dicit se demum accessisse posteaquam Schlechtery ingressus fuerit: Interim tamen se interposuisse suum gladium ut segregarentur

Er seÿ aber weiter nicht kommen als [illegible] die [illegible].

Jubetur statim afferre gladium quo usus sit: Verùm non obtemperat neq; affert, tametsi injunctum ipsi fuerat sub poena relegationis.

Circa vesperam eiusdem diei tandem attulit similiter æruginosum gladium

Eodem

Lambertus [illegible] mittit ad S. A: Christoph: Fulmaier et petit sibi ulterius prorogari tempus inhabitationis ædium, vel anterioris saltem hypocausti.

Responsum: Si consultum videatur Typothetæ (qui de hoc sit interrogandus) concessurum Sen. Ac: hac lege, ut Fidejussorem sistat, qui caveat Senatui Acad: de damno quod Typographia fortasse posset inferri: sed talem, qui vel sub Jurisdictione Academica vivat, vel foro suo renunciet.

Cum Deo

Ao 1640. 2. d. Januarij in ædib. M. D. R.

Lambert Wttringsonker adest coram Sen. Academico, promittit se diligenter cauturum ne damnum afferat Typographia: qua conditione et concedit ei ribabitas anterioris Typocausti, ad festum instans Paschatos.

Deinde Magn. Dn. Rector producit literas à Quæstore transmissas, in quibus se dicit desiderare, quod numerus in literis consignatus non respondeat numeratæ pecuniæ, id quod ex summa transmissæ collatim cum adscripta Quæstoris patet.

in fine annotatæ

Quærit autem an non ante omnia restituenda sit Dn. Consuli mutuo nuper sumta pecunia, ad liberandam fidem publicam.

Consentiunt Dnn. Professores, et numeratur pecunia Dn. A. Salomoni.

Cum etiam Dn. Quæstor mentionem faciat in literis suis conducti equi, ablegatur famulus ad Studiosum, qui pecuniam attulerat cupream, quæsitum num ipse quid à Quæstore acceperit. Respondit ille Studiosus se quidem petiisse à Quæstore vel unum thalerum Suecicum, sed ne obolum accepisse.

ad transportandam pecuniam

3. Proponit quidam, quod inaudierit tentari à Senatu oppidano quæ vergant in detrimentum Academiæ.
Cum partim illa sint adhuc incerta et tecta, partim in Constitutionibus ipsis obveniatur, non amplius in ea disquiritur.

4. Cum instet Introductio Dn. Lic. Schomeri, concluditur, quod primum Renunciatio fieri debeat Facultati Philosophicæ, deinde possit ad Prof. Theol: introduci diem circiter a festo octavo.

d. 29. Januarij in ædib. M. Dn. Rect.

1. Vocatus Præfectus Frantz Pfaler à Magn. Dn. Rectore de sequentibus expostulat
1. Quod tanto tempore non huc accesserit. Cui obtendit tempestatum injuriam.
2. Cur pecunias non transmiserit. Ad quod respondet, se quantum potuerit Dn. Quæstori tradidisse.
3. De rationibus Dn. Quæstori reddendis. Quod promittit. Nec unquam dicit se obedientiam debitam detrectasse Dn. Quæstori.

2. Magn. Dn. Rector revocat Dnn. Profess. in memoriam Acta Schlechteri cum Pegium; Et cum audiverit negotium jam ei inter partes compositum erit quid faciendum videatur.

Vocatus Schlechterus interrogatusque affirmat rem esse transactam, ~~salvo~~ intercedentibus Dn. Balecio et Rospio, salvo tamen jure Magistratus.

Ob absentiam quorundam Dnn. Professorum differtur hoc negotium in proximam sessionem, itaque vocatis Pesio, Kamnitio et Ericio indicatur.

Aliter Kamnitius incusatus extra portam ~~fuisse~~ ~~[illegible]~~ quo se contulerit, fatetur.

d. 10. Febr: in ædib: Magn. Dn. Rectoris
præsente Senatu Academico

Magn. Dn. Rector proponit de Rationibus, quæ Dn. Quæstori fuerint à Præfecto reddendæ. Interrogat Dn. Quæstorem an acceperit, et quales.
Respondet ille: Particulatim sibi exhibitas, sed non sine errore, et quæ in quibus desiderentur plurima, prout à se annotata exhibentur.

Conclusum: Literas plenipotentiales esse Dn. Quæstori impertiendas ad certa quædam Puncta: Literas item dandas ad Dn. Gubernatorem Narvensem, quibus, ut Dn. Quæstori in omnibus sit subsidio, nomine Senatus Academici rogetur.

d. 12. Febr:

Narvâ advectæ sunt pecuniæ, 500. Rd. cum tamen 700 Rd. ~~[illegible]~~ essent à Præfecto promissi.

13. Febr:

Reverso Præfecto Magn. Dn. Rector præsente Secretario, Arrestum ex communi Rev. Sen. Acad. suffragio denunciavit.

d. 15. Febr:

Denuò missæ sunt ad Dn. Quæstorem literæ, quibus plenaria ipsi potestas iterum data fuit, injunctumque, ut summa cum diligentia in bona Academiæ eorumque rationes [illegible] inquireret, ad quod Ill. Dn. Generalis opê suâ se ipsi adjuturum se promiserit. Imprimis verò pecuniam pro Stipendio in Februarium Studiosis erogandam, ut transportari curaret, monitus est.

d. 17. Feb. in ædib. M. Dn. R.
in Senatu.

Magn: Dn. Rector proponit, pollicitum sibi nuper Dn. Henr. Dirschius se soluturum pro residuo [illegible] frumenti pecuniam Dnn. Professoribus, si velint de singulis lastis remittere Imperiales duos, et deinceps vel per triennium ~~stato tempore~~ se frumenta Academica empturum et statis temporibus erogaturum pecuniam juxta æstimationem Regiæ Majestatis.
Quærit itaque quid super hoc videatur Dnn. Collegis.
Conclusio differtur in sessionem proximam.

d. 28. Febr. in ædibus Dn. D. Virginij
tunc ProRectoris.

Præfectus Academicus Frantz Zehler sub Reversalibus conceptis et subscriptis manu suâ, promisit se residuas seu restantes illas portiones ex Rationibus Dn. Quæstori exhibitis relictas intra 4 septimanas Dn. Quæstori soluturum. Siliginis verò ad instans festum Pentecostes se comparaturum 196. [illegible] quod sperat Senatus Acad: in granario Regio pecuniæ loco receptum iri.
De Cappis autem (quas vocant) et pecunia Dnn. Professoribus restanti, talem audijt sententiam.
Nachdem Frantz Zehler bestellter Amptmann der Königl: Academie Güter laut [illegible] empfangenen Instruction schuldig die Kappen des jeglichen [illegible] der Academie zu berechnen, Also soll ihm hiemit anbefohlen seyn, dass er dem H. Quæstori vom vorigen Jahre, [illegible] er ehe die Kappen keine Übermass empfangen, nur eine Kappe: [illegible] er aber Übermass bekommen, [illegible] Kappen des allem was er empfangen [illegible] empfang legen, richtig berechnen. Und will er den Hn. Professoribus de anno 1637, noch etliche Geld laut seines ausgegebenen Reverses schuldig bleiben, also soll er nicht [illegible] reisen, ehe und bevor er mit denselben [illegible] richtigkeit gemacht. Wornach er sich zu richten und für Schaden zu hüten. Publicat. im Consistorio zu Dorpt den 28. Febr: 1640.

Literæ ad Dn. Quæstorem et decretæ sunt, quæ per Præfectum missæ, ut in Originali cum reliquis Missivis asservantur. (de 4. Martij)

d. VI. Martij in ædibus M. Dni Rectoris

1. Johannes Schlechterg in Sen: Acad. interrogatus quibus conditionibus transegerit cum Adversario suo Pegio, respondet tres fuisse: 1. Ut quo ipse velit loco et tempore Pegius sibi deprecaretur. 2. Ut solveret Pegius pretium Chirurgo. Et et 3. pretium pro gladio læso seu fracto. 4. Impensas litis resarciret. 2
Quærit porrò Magn. Dn. Rector, quomodo Pegius sit puniendus, vel an salvâ authoritate Rev. Senat. Acad: totum negotium possit sepeliri: quamvis illæ conditiones ~~sic convictum ipsum terrent~~.
Vocatus Pegius negat sibi quicquam ~~esse notum~~ de Conditionibus suprà enarratis.
Quæsitus an amplecti velit Conditiones istas; petit dilationem in crastinum, quæ indulgetur, additâ comminatione severissimâ, ne vel verbo vel gestu aut facto Schlechterum lædat.

2. Proponente Magn. Dn. Rectore renovatur Decretum ante factum de Stipendiarijs removendis, qui ultra triennium Beneficio regio erant usi. Sed tamen ex abundanti, ne habeant quod de difficultate itineris prætendant Studiosi, differtur Executio Decreti ad initium instantis Maji.

3. Decernitur ex pecunia Ædificio Academico pro uno mense Studiosis distribuenda, cum [illegible] illis refusio ex reditibus Academicis speranda sit.

4. Refert M. Dn. Rector, petijsse Dn. Lic: Schonerum, ut sibi cum venia Sen. Academici in patriam abire liceat. Deinde petijsse et, ut Intercessionalibus juvaretur apud Ill. Dn. Generalem, et is porrò ab Ill: Dnn. Curatoribus Regni suis Intercessionalibus impetret ipsi Augmentum Salarij.
Concluditur, utrumque Dno Licentiato concedendum.

d. 18. Martij itidem in Ædibus Magn. Dn. Rectoris.

1 Repetit Magn. Dn. Rector, se voluisse quidem convenire Raspium; sed non fuisse domi: [illegible] non se certò scire, an possit residua ex [illegible] pro 2. Mensibus pecunia sufficere sumtibus initio in ædificium impendendis.
Petit certi quid concludi, an pro uno saltem, vel pro duobus eroganda sit Studiosis pecunia. Cum periclitetur ratio Ædificij, concluditur; in unum mensem saltem subministrandam esse Studiosis ex pecunia ædificio deputata: Ex ducentis à. thaleris qui apud Magn. Dn. Rectorem asservantur, posse M. Dn. Rectorem Studiosis si qui fortè in morbum incidant, aliquid impertire.

2. Conclusum et de supellectile lignea in Ædibus Academicis [illegible], quod cum Academiæ non fuerit vendita à [illegible]; Dn. Sternsolm, cui vendita est, restituatur.

3. Produxit Literas Dn. M. Johannis Erici, quibus petit, ut Senat. Academicus Ill. Dno Generali in memoriam revocet Actionem quam intenderint C. Michel Jeremiassohn, á quo in via publica vim passus fuerit cum Michaële Dohsohn.

Conclusum: Dein aliâs ap. Ill. Dn. Gratem quidam ~~pro~~ sint agenda: etiam illius futuram mentionem.

4. Repetit M. Dn. Rector quae hucusque in Causa contra Pegium fuerint acta. Et cum de contumacia sit jam convictus Pegius, rogat pro concludenda hac Actione Sententias Dnn. Professores conferant.

~~[illegible] [illegible] academic [illegible]~~

Vocato Pegio in memoriam revocat hesternam Petitionem, et Responsum de suis Conditionibus poscit.

Respondet Pegius, ~~[illegible]~~ se exploratum [illegible] á Dno Affine suo Russio audivisse: Weill auff die Zeit zu versühnen und freundschafft zu erhalten hette er sich gegen Schlechtern erboten: 1. Wenn ihm seine Schlechters in seinem hause ein Degen gestohlen, solte ihm solches vergessen seyn.

2. Wolte er auch der Gebühr loss wol richtig machen.

3. Weil sich Schlechter beklagt Es were ihm gleichwol von Pegio zu viel geschehen. were er billig daß ihm Pegius recht die Hand gebe, darauff hette er geantwortet, Die wolte er ihm wol im Weinkeller vertragen. Diese hernach zu Schlechters Einwilligung hette er es ihm, wolte auch solche conditiones wol eingehen, doch nicht, alß ob er sich damit solte schuldig geben, dan er sonst des Schlechters sich lædirt befunde.

Schlechter antwortet, es seyn ihm solche Conditiones ultro von H. Russen angeboten, auch promittiret, daß ihm Pegius abbitten solte, Und wenn es ihm Schlechtern gefälle. Derselbe wolte es auch wol mit H. Balecij schrifftlich ~~[illegible]~~ zeugniss erweisen.

Cum abijsset Schlechterus petitum á Dn. Balecio Testimoniales, statim rediit, et Sen: Academico nunciavit, Dn. Russium praesente Dn. Balecio in foro sibi promisisse, quod Conditionibus á se antea oblatis sit satisfacturus. Ipse etiam Dn. Russio jubente Pegium statim secum in gratiam redijsse. Quam transactionem Senat. Acad: et ratam habet.

Decisio. In Causa Schlechteri contra Pegium Kamaitium et Ericum Olai omnibus bene examinatis decernitur; Ut ~~[illegible]~~ Conditionibus initis satis

faciat Pegius. Et cum praeterea non uno modo contra Constitutiones Academicas contumax fuerit, et ~~[illegible]~~ sic hinc etiam ~~[illegible]~~ merito poenâ perjurij et Exclusionis affici deberet: hac vice tamen rigor poenis eatenus mitigatur, ut Pegius vel carcerem ad tres septimanas ingrediatur, vel illum viginti Imperialibus redimat.

Camaitium autem quod attinet, licet ille in Causa Principali non particeps sit ~~fuit~~, tamen ut contumaciae ~~tamen~~ ~~[illegible]~~ reus ~~[illegible]~~; ~~[illegible]~~ octiduano Carcere merito punietur.

Ericus Olai quia et principalis delicti et contumaciae satis est convictus, Beneficio regio privatur.

d. 28. Martij

1. Pegio injunctum est, ut intra hunc et proximum ab instante Paschatis festo diem aut solvat multam, aut carcerem ingrediatur. Interim Arrestum ipsi est impositum, ne prius ex urbe discedat, quam alterutrum praestiterit.

2. Rationes Quaestoris et Praefecti producuntur á Magn. Dno Rectore: quas Rev. Dn. L. Schomerus examinandas recepit. Catalogos et Stipendiatorum in singulos menses se expediturum quantum fieri possit, pollicetur.

3. Magn. Dn. Rector vocatum Raspium rogat, ut sententiam suam exponat de fabris et lignarijs et murarijs conducendis.

Eius consilio aestimatur consultius, ut Revaliâ accersantur fabri lignarij ipsi per missas ad Senatum vel Camerarios literas.

Decernuntur literae ad Senatum Revaliensem, quibus petantur ab ipsis gratuitò fabri illi, quibus nuper Civitas fuerit usa in ponte conficiendo.

4. Bornaeus cum hactenus semper petierit coram toto Senatu querelam contra Andream Pedellum proponere, monetur á Magn. Dn. Rectore, ut id faciat.

Conqueritur inter alia quod á Famulo dictus sit indignus qui cum honestis fratribus conversaretur, nedum cibum aut potum caperet. Item triplicem esse eum mendacem, Eius exstare in Protocollo Academico scripta.

Contra Andreas dicit, Bornaeum exposuisse equum venalem; quaesivisse se pretium: Respondisse Bornaeum: Tibi satis est pecuniae; nam non solum evectus es in supremam classem, sed et subtrahis aliorum stipendia: meum enim retinuisti et. Tum se respondisse: Hoc nunquam probabis. Et nisi probes, ut non potes probare vel triplicem te mendacem voco. Contra Bornaeum regessisse: ~~Ego~~ Saepius hoc jam ~~tibi~~ probatum coram Magn. Dn. Rectore, sed sibi non administratam fuisse justitiam, et se delaturum non solum ipsum Andream sed et omnes Professores ad Magnificentissimum Dn. Cancellarium.

Omnia negat Bornaeus, praeter hoc, quod equum venalem exposuerit.

Literas insuper Andreas producit á Pastore [illegible] Ecclesiae subscriptas, quae testantur de calumnijs quas Bornaeus effutierit in studiosos, cumprimis famulos: sed omnia negat.

7v

Decretum. Quia Johannes Boraeus nec subtractionem pecuniae nec injurias ~~itt~~ probare potuit; sed ipse potius calumniarum et Scommatu in Studiosos effusorum convictus est, propter illa ad carcerem per octiduum condemnatur sub poena etiam gravioris comminatione ipsi injungitur, ut dein, ceps á calumnijs desistat, et statim cum Andrea in gratiam redeat.

d. 16. April: in aedib: Magn. Dn. Rectoris.

Magn. Dn. Rector producit Literas Quaestoris et Praefecti: quibus praelectis, quaerit ~~et consilij~~, cum pecuniae allatae summa longe minor sit quam sibi promiserint Dnn. Professores, ut ~~et ipse~~ vix etiam possit exsolvendis mutuo sumtis pecunijs et pro Mense Aprili in Studiosos distribuendis sufficere, quid consilij, ut et ipsi aliquid possint accipere.

Conclusum: Expectandum esse adventum Camerarij, et mittendum deinde famulum, qui frumenta Narvae divendi curet. Distributi interim sunt inter Dnn. Professores ex allata summa 128. Dal. qui refundentur ex pecunia quam dabunt frumenta vendita.

21. Maji, Anno 1640. in aedibus Mag. Dn. R.

Magnificus Dn. Rector proponit, quod Dn. Nicolaus Nötabeck proxime resignaverit officio: quodque illa resignatio sit recepta. Et proinde jam deliberandum de novo Quaestore. Concluditur quod Dn. Oloff Benedicti sit eligendus: Nova instructio ei danda; & de novo sit juramento obligandus.

2 Proponit Mag. Dn. R. Quid concludendum sit de frumento, quod debetur in salarium de 1. Julij An. 1639. ad 1 Jan. An. 1640? Concluditur, quod cum frumentum jam ~~a~~ precio, in Resolutione á S. Reg. Maj. datá, constituto, divendi nequeat, quod hac vice frumentum singulis Dn. Professoribus sit assignandum: & ad Dn. Quaestorem sit scribendum, ut juxta Regulam Societatis, singulis pro ratá frumentum singularum specierum ~~et tantum~~ detur. existentibus

3. Quaerit Mag. Dn. Rector, Quinam sint jam mittendi Narvam? Concluditur Rev. & Nob. Dn. D. Virginium, ut é Facultate Theologicá, cui prima jam inspectio debetur, mittendum esse: & á Dn. Inspectoribus extra Academiam unum esse adjungendum.

4. Unde sumptus itineris? R. é fisco Academico.

d. 30. Maji in aedib. Dn. ProRectoris D. Virginij 8

Proponit Magn. Dn. Rector praesente Dn. ~~Johanne~~ Olavo Bengdsohn, in locum Dn. Quaestoris Nicolai Nötbeck ipsum esse electum; offerri etiam ipsi istud Officium, hac tamen conditione, si instructionem conceptam se fideliter servaturum sub juramento praescripto polliceatur.

Petit ille sibi dari instructionem domi perlegendam, si quid forte possit adhuc inseri Academiae profuturum. Concessum, et transactio ad futurum d. D seu 1. Junij dilata.

1. Junij Ibid.

Dn. Oluff Bengdsohn Quaestor declarationem petijt punctorum nonnullorum in instructione positorum, dess at 1mum (Senatui Academico schüldigen Gehorsam zu leisten) approbat si conjunctim sit intelligendum, non divisim. Et conceditur ipsi.

Ad 2. Art: Die Bauren nicht zu beschweren. Excipit, dass man in Academischen Dörfern zu reisen, die Bauren spannen müssen. R. affirmative.

Ad 3. consentit.

Ad 4. item.

Ad 5. excipit; Er weiss nicht dass itzt schon ein Kloster gebawet sey. Er wisse auch den Ort nicht zu verstehen, die da möchten künfftig gebawet werden.

Ad 6. consentit, Nur allein, dass der Amptman fleissig nachforsche, wo sie zu finden seyn.

Ad 7. excipit; dass die Kauffleute gemeiniglich allda Kupfergeld stehen haben. R. Si sint qui in moneta cuprea velint solvere, prius id significandum Senatui Academico.

Ad 8. consentit.

Ad 9. item.

Ad 10. consentit, wenn er nur Fuder hat.

Ad 11, 12 et 13. consentit

Hinc solemni se juramento obstrinxit, quo facto tunc quis ipsi precati sunt Domini Professores.

d. 6. Julij in aedib. Magn. Dn. Rectoris

Dn. D. Virginius et Dn. D. Stodenius referunt Responsum Ill: Dni Generalis, videl: ad punctum 1. de donatione domus extra Collegium reparandum: Promisisse Dn. Generalem Promotoriales ad Ser. R. Maj: quae ut á Dn. Secretario Status concipiantur, sit admonendus.

2. de eroganda pecunia in aedificium Academicum impendenda: Sibi nunquam

in animo fuisse, ut illa pecunia ex Regia Camera ex suppeditaretur, sed ex salarijs vacantium Professorum.

3. In Puncto Recisæ: Sive à Magn. Dn. Rectore petatur Schedula sive ab Officiarijs regijs, perinde esse. (qui deinde referat ad Deputatos) Sed cum Senatus oppidanus petierit ut ne concederetur Dnn. Professoribus coctam cerevisiam vendere, quisque sibi ærarium videatur; consultum esse, ut Senatus Academicus seriò injungat membris suis, ne id deinceps fiat, et ne per Executionem recessuriam infringantur Privilegia Academica.

Itaque conclusum:

Quod Dnn. Professores oês et singuli abstinebunt à venditione cerevisiæ, donec à S. R. M. et Academia Upsaliensi aliud acceperint responsum: Qui secus fecerit, omni cerevisia mulctabitur, quam illa vice coxit vendendam, ejusque pretium cedet fisco Academico.

d. 17. Augusti in ædib: Magn. Dn. Rectoris
In Senatu Academico.

Magn: Dn. Rector ~~[illegible]~~ ex Ingria Redux juxta Capita Instructionis refert, quæ expediverit cum Dn. Collega D. Virginio.

Ad 1. ~~Reddidisse Dn. Gubernatori literas, quibus et impetratus fuerit Translator Johannes Roppling.~~

2. ~~Et documenta allata demonstrabunt.~~

3. ~~Rationes reddidit Præfectus tandem 11. Augusti, quod docet Chirographum Dn. Claudij Tolberch.~~

4. ~~Injunctum hoc novo Quæstori Dn. Olao Brungren, datâ Instructione conceptâ.~~

5. ~~Confessus est Præfectus tantum et amplius restare, sed salarium suum et alia inde fuisse demta, et ex Computo summatica (Damoijssi sive) restare 1400 fl. Interim tamen extorti fuerunt ipsi 800. fl. qui sunt transportati.~~

6. ~~Ranthan Lubecensi cuidam mercatori vendidit pisa pro 22. Thal. majori videlicet pretio, quam voluerit (repererit) Universitas. Item alia frumenta longè majori pretio vendidit, quam à Præfecto fuerit in rationibus adductum. Ejusque videri grandem pro locata opera Ranthanis dari compensationem.~~

7. ~~Avenum vendita è polenta, potest autem si fieri debeat 2 thaleris.~~

8. Speciatim referent ad singula Puncta Dnn. Delegati, idque in scriptis.

Interea

Cùm insignis deprehendatur dolus in Præfecto, qui Cognitioni causæ reservabitur:
Conclusum. 1. Hunc Frantz Pfallern esse removendum.
2. Substituendum esse Heinrich Ranthan, cùm antea is fidem suam probaverit Academiæ. Itaque literas scribendas ad illum ut accedat, et juramentum præstet Academiæ.

d. 28. Augusti in ædib. Magn. Dn. Rectoris
in Senatu Academico

1. Quidam Studiosi queruntur de gravissima injuria à Dn. Castellani filijs sibi nudius tertius absque ulla causa illata, petentque aut sibi hic justitiam administrari, aut literis factum id Illustri Dn. Generali indicari.

Conclusum: Studiosi moneantur supplicem libellum ad Vener. Sen. Academicum dare; qui postea literas unà mittet ad Ill: Dn. Generalem. Testimonium et Chirographum (Schifftzettel) jubentur petere.

2. Producuntur et leguntur literæ missæ ab Henrico Ranthan.

3. Proponit Magn. Dn. Rector de surrogandis Professoribus in locum eorum qui jam discesserunt aut discessuri sunt. Nam et Dn. Davidem Riccium vocatum ad Professionem Arithmeticam et Geometricam non rescripsisse hactenus, et Dn. M. Salomonem Hebrææ et Græcæ Professioni renunciasse. Politices et Historiarum Professorem promisisse Reg. Mtem. Astronomiæ autem expectari cum Dn. Stromero.

Concluditur: Dnis Professoribus Philosophiæ incumbere, ut dispiciant de vocandis alijs.

4. Protulit Magn. Dn. Rector Rationes Raspij, indeque refert, quantum adhuc restet pecuniæ.

Conclusum: Quod hinc debeant exsolvi Dn. Consuli Nic. Torsso 300. fl. Raspio verò 150. fl.

5. Sep. An. 1640

1. Cum Dn. David Riccius, ante biennium vocatus ad professionem inferiorum Mathematum non veniat, nec quid ad vocatorias respondeat: Conclusum est, ne Studiosa Juventus damnum patiatur; alium ex Universitate Regiomontanâ esse vocandum: Et cùm neminem noverimus, ad Mag: Dn. Rectorem, venerandumque Senatum Academicum esse scribendum; & rogandum, ut quendam Juvenem Virum doctissimum ad nos mittant. Et Ill. Dn. Generali hanc rem per literas esse manifestandam, & humiliter rogandam, ut (ejus intercessione) transmissæ literæ in Borussiam transferantur: & certum responsum habeamus.

2. Cùm Rev. & Clariss. Dn. M. Salomon Matthiæ à nobis discessum meditetur: & è re sit Universitatis ut nobiscum maneat: Mag. Dn. Rector & Senatus Academicus conclusit; ad Ill. & Mag. Dn. Academiæ Cancellarium literas esse mittendas, & rogandum, ut cum Amplisss. Senatu Revaliensi agat, nobiscum manere quo possit: Antequam verò literæ conscribantur, è re fore Universitatis, ut Academiæ det Reversales, ejus tenoris; ~~[illegible]~~ si à Mag. Dn. Cancellario non dimittatur, quod, deo annuente, certò sit nobiscum mansurus.

Ego M. Salomon me mansurum promitto, si Magnifici. Dn. Cancellarius honestam à Senatu Revaliensi dimissionem impetrarent.

90

d. 10. Septemb: in ædib. Magn. Dn. Rectoris

H. Heinrich Rantzau vocatus antea hæc literis Academiæ accessit ad Præfecturam suscipiendam. Proponitur ergo ipsi Instructio Præfecti à Magn. Dn. Rectore, quam approbat, et juramentum se daturum promittit.

Die 11 Sept. in ædibus Mag. Dn. Rectoris hora 10 mat.

H. Heinrich Rantzau, juramento sese Academicæ solenniter obstrinxit; et in præfectum bonorum Ingrid assumptus est.

d. 26. Octob: in ædib. Magn. Dn. Rectoris h. 9. mat:

Proponit Magn. Dn. Rector, causam convocationis esse hanc, quod instent Kalen. de Novembris, mutationi Rectoratus destinatæ. Proinde gratijs Deo et Dnn. Collegis actis, petit ut Votis suis Dnni Collegæ Successorem sibi nominent.

Dn. M. Salomon Matthiæ gratijs itidem Deo et Magn. Dn. Rectori peractis, quia vi dum Constitutiones Academicas ad Facultatem Medicam Rectoratus Officium devolvatur, votum suum dat Dn. D. Belovio, cum unicus ille jam in ea Facultate sit: ipsiq; fausta auspicia magistratus precatur.

Idem facit Dn. M. Michaël Savonius.

Et Dn. D. L. Lutenius.

Et Dn. D. Andr: Virginius.

Quorum suffragijs et suum addit calculum Dn. D. Henr. Heinius.

Dn. D. Belovius, licet habeat quod possit ad declinationem huius honoris atq; oneris prætexere, nolle tamen se Dnn. Collegarum suffragijs, ipsorum benevolentia atq; opera fretum repugnare, nec posse per fidem ante ceteri nium Academiæ datam. Suscipit ergo hoc Officium, gratulantibus Dnn. Collegis.

Leguntur præterea literæ à Quæstore missæ; quibus Responsio decreta tum ad Quæstorem tum ad Præfectum, ut memores officij et juramenti sui diligentius res Academicas administrent, et quidem pecuniam pro frumento acceptam in moneta imperiali statim huc mittant. Mentionem etiam faciendam restantium ex rusticis debitorum, der Restlanger[t], ut eas mittat: quæ alias contra Stalerum habeat Universitas, ipsam esse persecuturam. Interim e esse Cautionem fidejussoriam remittendam.

[t] dreen tragen auf, und zo dem Holbeck, [illegible] jüngst auf sich genommen, weil er vnter seiner Zeit vorgelauffen, mit Stalero ab zuschaffen solle.

Henricus Heinius ICtus D. Prof.
p. t. Acad. Rector. 31 octob.
A. 1640.